

q. Erit excusandus.) Contrarium tamē in teste, quando non est verisimile ipsum non recordari, de quo quæritur, & quod immo tunc possit torqueri, dixit infra q. 25. ver. Torquetur etiam. q. 19. ver. Hinc inferitur. q. 45. ver. Sed pone. Sin autem dubitari contingat, qui sint casus, quos testis verisimiliter recordari possit, vel non, recurre semper ad Bald. in c. statumimus, nu. 1. cum seqq. extr. de offic. deleg. Aym. Crau. cōf. 171. sub nu. 9. Boff. tit. de spons. à reo facien. nu. 5. Dum autē sub iungit infr. ver. sed quid si accusator de die delicti expresso, sed non probatio & quod opinio cōmunis super tali articulo sibi nunquam placuit, stantibus etiam clausulis salutaribus apponi solitis in inquisitionibus; Vide, quæ dixi infr. ad q. 56. ver. fin. omnino vide Fel. ibidem per me allegatum. Drog. r. Sed quia, si accusator.] Adde, quod falsa de monstrato die nō vitiat probationem criminis in causa inquisitionis: tucus si talis esset mētis, quia tūc deficit tempus, quod est de forma iudicij, Bald. in l. prius, n. 46. C. de his, qui accusa. non poss. Sed vide Laurent. l. cenni. in tract. de cautelis, cautel. 117. vbi dicit, quod absolutio sequi nō debet etiā quod appareret alio tempore, & loco delictū fuisse commissum, si in conclusio. inquisitionis adest clausula super quibus omnibus, & singulis, & c. & claus. omni meliori modo, & c.

Item adde, quod tempus est de substantia probationis, quādo quis vult probare, tunc alibi fuisse, Innoc. in cap. qualiter, & quando, il. 2. ver. sic. Tunc autem de accusatione.

Accusatio est nulla, quando instatur exprimi diem, & non exprimitur, Plot. in d. l. si quando, nu. 824. C. vnde visibi habetur, quod accusatio, seu querela debet habere an nummensem, & locum, alioqui non valet, & super ea non potest agi, nec iurari; & ex quibus redatur nulla, & incerta, &

cusator dicere, quod non recoraatur de die, & erit excusandus. Et ita communiter practicatur, vt dicit Aug. in d. l. libellorum, nu. 5. quæ refert Aug. ad Ang. de malef. in verb. De anno presenti post. nu. 4. & Apost. ad Sal. in d. l. in causis, sub num. 5. C. de accus. quod ego etiā admitterem, si casus contingere, dummodo accusator id affirmaret cum iuramento.

Sed quid si accusator in sua accusatione expresserit diem, cum non teneretur, & diende non probauerit: nunquid debet propterea succumbere, licet testes aliā dependant de crimine. Resp. Bart. in d. l. is qui reus, nu. 9. ff. de publ. iud. tenuit, quod sic. Et dicit Bertran. conf. 217. nu. 2. lib. 6. quod ita respondent communiter Doct. Hanc etiā sententiam vti communem refert Aug. ad Ang. de malef. in verb. de anno presenti, nu. 4. Quæ tamen opi. mihi nunquam placuit, & credo q. cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esse de substantia delicti, pura, quia adesset statutum disponens, quod tali die aliquid non fieret, vel huiusmodi. Tunc enim probatio debet probari dies, ad hoc vt reus possit de ipso facto tanquam de delicto puniri. Sed si factum, quod proponitur, esset ita delictum in vno die, prout in alio, non erederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reum esse absoluendum. Solent enim in libello accusationis, seu querela apponi illæ clausulae salutare, Non se adstringendo, & c. super quibus omnibus, & c. quæ saluāt, & sustinent accusationem, & processum, etiam si non sit probata qualitas in accusatione deducta, modo de crimine cōstet, vt dixi infra q. 66. ver. sed quid si pro parte.

Dixi quoque, quod de iure tenetur accusator se inferbere ad pœnam talionis, vt est tex. in d. l. libellorum, l. 3. C. qui accus. non poss. Et est communis opi. vt attestatur Astiff. super consti. re-

gni, in quibusdam locis, prout illum refert Duennas regul. 27. in princ. licet ego in libro meo non reperiam Astiff. ibi id attestantem. Refert etiam Marian. in cap. super his, n. 19. de accus. 10. And. attestari, quod hęc sit communis opin. quod scilicet inscriptio sit de substantia libelli accusatory. Idem attestatur Bertran. consil. 267 in princ. lib. 2. fuitque hoc optima ratione introductum, ad refranandam temeritatem accusatorum, vt scilicet vbi accusationem nō probarent, ipsi in seipos sententiam talionis propria subscriptione susciperent. Licet autem communiter appelletur inscriptio, tamen recte loquendo deberet appellari subscriptio, secundum Card. Alex. in d. c. de accusatione, col. 3. ver. Inscriptione: Et ita illam appellat Iuriconsultus in d. l. libellorum, ver. Item subscribere quamuis secundum Felin. in d. c. super his, nu. 10. communiter videtur, quod inscribere, & subscribere non differunt. Et ita videmus, quod in hoc proposito vtrunque ponunt indifferenter.

Forma autem huiusmodi inscriptionis erat, quod accusator se obligaret ad similitudinem pœnæ, & promitteret de accusatione profequenda vsque ad finem, ita dicit Bartol. in l. si cui in princ. nu. 2. ff. de accus. Et est communis conclusio, vt dicit Aret. in d. cap. super his, nu. 33. Hanc etiam formam dicit communiter approbari Marian. in d. cap. super his, nu. 17.

Ceterum hodie de consuetudine non obseruatur ista sollemnitas subscriptionis, vt dicit Spec. in tit. de accusat. §. 1. nu. 4. in fin. quem refert Foller. in pract. crim. fol. 336. post nu. 3. & Miluius in suo repertorio, in verbo, accusator, & Pract. Conradi, fol. 224. nu. 4. & Marcus decis. 683. quæritur qualiter, nu. 6. Io. Andr. ad Specul. in tit. qui accus. non poss. prout illum refert Gramm. super consti. regni, fol. 61. nu. 11. Idem dicit Gand. de malef. in rubr. qui accusare possint, nu. 38. & in rubr. qualiter fiat accusatio, post nu. 6. Bart. in d. l. si cui, in princ. nu. 2. in fin. ff. de accus. Salyc. in l. qui crimine, nu. 4. C. qui accus. non poss. Angel. de malef. in verb. & ad querelam, nu. 5. & ibi Aug. in Apostill. Practica Papiensis in forma inquisitionis, in verb. Hęc est quedam inquisitio, nu. 1. in fin. Apostil. ad Vital. de malef. in rubr. quid sit accusatio, sub num. 12. in verbo, inscribere. Rub. in l. pen. §. ad crimen, nu. 5. ff. de publ. iud. Gigas de crimine lasæ Moies. fol. 58. q. 1. nu. 6. Boff. in tit. de inquisitione, post nu. 14. Didac. lib. 2. resolut. cap. 9. nu. 1. Duennas in d. reg. 27. ver. est tamen notandum. Idem etiam obseruari in Regno Francia attestatur Pract. Millei, fol. 15. nu. 25. & fol. 29. nu. 2. præterquam in crimine falsi: nam in eo moribus receptum est in ea Prouincia, vt necessaria sit inscriptio, nulla facta distinctione, an ille, qui vult aliquod

vnica censeatur accusatio, licet contra plures data, si de damno in eadem re, & eodem tempore, Plot. ibi, n. 853. Et in lingua materna, vel Latina in damno dato dari debet, ponit Plot. numero 853. Baiard.

Dixi quoque.] In quibus autem casibus nō requiratur inscriptio, vide post Gloss. 2. in princ. per Felyn. in c. super literis, allegato in text. nu. 3. vbi aliās Gloss. simul, & concord. citat. & an vbi tenetur, id intelligatur ipso iure, vel sententia. Iaf. in l. vniueria C. de precib. Im perat. offeren. vbi vide. Giabar.

Dixi quoque.] Quod accusator tenetur se subscribere, tradit Farin. de accusat. q. 19. vol. 1. nu. 1. & 2. Ros.

Forma autem.] Ad das Farinac. vbi supra, numer. 3. Ros.

Ceterum hodie.] Sed de consuetudine non feruari generaliter traditionem Farinac. dicto loco, num. 4. Ros.

Quia

Quia cum hodie pariter.] In iustatore tamen quid feruetur, supra q. 7. ad fin. q. 6. ver. sed nunquid, ad fin. vbi habetur, quando acculator in ex pensis sit condemnandus. Drog.

De iure autem ciuili.] Adde, ut per Duenn. in reg. 27. vbi plenē de huiusmodi solemnitate inscriptionis tractauit, reddens rationem, quare in desuetudinem abiit. Baard.

Abijt in desuetudinem.] Adde ad idem, & fusius per Duenn. d. reg. 27. ver. est tamen notandum, vbi, quod plus est, ponit rationem, quare in desuetudinem abiit. Giach.

Vltimo quæro.] Adde, quod licet sententia, debet esse conformis libello: Hoc tamen non procedit in criminalibus, quia iudex potest condemnare, & pœnam imponere, probato delicto, non attenta petitione, vel conclusionē, vt est communis opinio, de qua per Gomefium de delictis, capitulo vndecimo, numero 8. Baard.

Et iudex non poterit.] Nota Iudicem non posse condemnare, nisi secundum summam petitionem, etiam quod libi de maiori appareret in act. Contrarium tamen dixit Iafon in l. iure debemus, numero 13. ff. de verb. oblig. vbi etiam Gl. Bart. & Scribēt. Fallit, si addit clausula Ius, & iustitia, & etiam in Principe. Cypicius decisione 10. nu. 24. & 25. de qua clausula infra q. 66. Sed quid si pro parte, vide Doctores in §. si minus, Institut. de act. Anton. Gomef. tit. de delict. sub num. 39. post medium, cap. 1. Item fallit, & per Crau. consilio 198. nu. 8. vide Boff. tit. de mand. ad homicid. nu. 62. Drog.

Bart. ita attestantem.] Sed quicquid sit, tenenda est hęc conclusio, quod de iure cessante subscriptione, accusator, qui accusationi se non subscripsit, punitur nihilominus pœna talionis, perinde ac si subscripsisset: quam dicit esse communem Abb. in d. c. super his, nu. 8. Aret. in cod. c. super his,

insturmentum, vel aliam scripturam de falso redarguere, sit actor, vel reus, prout etiā attestatur Igneus in l. fidei commissum, num. 155. ff. ad Sylla. Ratio autem, cur hodie non obseruetur illa solemnitas inscriptionis, est, quia cum hodie pariter ex consuetudine sublata sit pœna talionis, secundum ea, quæ dixi infra q. 81. superflua est subscriptio, propter quam actor ad ipsam pœnam talionis se obligabat.

Scias autem, quod de iure canonico, ad hoc necessaria est huiusmodi inscriptio, & ita quotidie seruamus, vt dicit Card. Alex. in c. libellorum, circa fin. q. 8. Et ideo in curia Romana, vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius, ex aliquo crimine, non datur ei signatura quo ad priuationem, nisi in forma, vt si se subscribat ad pœnam talionis, & iuxta formam iuris, vt ibi, quæ refert Gigas in loco præallegato, q. 1. in fin. Idem etiam loquendo per verbum, Fortē, dixi Bart. in l. si cui, nu. 2. in fin.

De iure autem ciuili talis sollemnitas subscriptionis, vt dixi, abijt in desuetudinem, quādo secundum aliquos (etiam circumscripta consuetudine) talis sollemnitas subscriptionis nunquam fuit necessaria. Nam obligatio ad pœnam talionis, etiam si expresse non fiat, subintelligitur ex legis dispositione, prout videtur tenere Gloss. in dicta lege causis, in Gl. fin. in fi. C. de accus. quæ. vult, quod ex subscriptione, in qua accusator affirmat se dedisse illi libellum, censeatur se obligas se ad pœnam talionis. Refert etiam Felin. in d. c. super his, post nu. 10. quod Bart. in d. l. si cui attestatur, quod hac est communis opin. licet ego in libro meo non reperiam

nu. 21. Et ideo etiam si omisse sit, non propterea vitatur processus, prout etiam tenere communiter Doct. affirmat Card. Alex. in d. c. de accus. col. 3. in fin. Fallox in pract. crim. canon. fol. 50. nu. 50. licet in hoc vltimo, reuera circumscripta consuetudine, forte dici posset contrariam opi. esse veriorē, quod scilicet omissa subscriptione accusatio esset nulla, ex quo tractata videtur pro forma. Sed hæc nunquam contingunt in practica.

Sed retenta conclusione, quod subscriptio sit necessaria, Quæro nunquid mariti, & alij accusatores de adulterio, qui presumuntur accusare propter immensum dolorem, & ideo excusantur a presumpcia calumnia, teneantur se subscribere ad pœnam talionis. Resp. quod sic, & ita communiter tenetur, vt dicit Anan. in c. cum dilectus, post nu. 24. de calum. Et licet Aret. in d. c. super his, nu. 19. referat Doctores communiter dicere, quod maritus de adulterio accusans, iure mariti, non tenetur se subscribere, sed tantum quando accusat iure extranei, tamen in istis casibus tenendum est quod tenetur se subscribere. Quamuis enim excusetur a presumpcia calumnia, nō tamen propterea debet excusari a vera, & consequenter neque etiam a subscriptione, vt per Aret. ibi.

Quæro etiam, tu scis, quod regulariter mulier prohibetur accusare, vt dixi infra, q. 14. ver. præterea dixi, nisi in quibusdam criminibus exceptis: nunquid ergo in casibus, in quibus admittitur ad accusandum tenetur & ipsa se subscribere? Resp. de iure ciuili vtiq. debet se subscribere, sed de iure canonico non tenetur. Ita dicitur tenere Gl. in d. c. super his: quæ per Doctores communiter approbatur, vt dicit Card. Alex. in d. c. de accus. col. 1. Hanc etiam opi. communiter teneri a Canonistis, attestatur Hieronymus in Apost. ad Ang. de malef. in d. verbo. Et ad querelam, num. 18. Quam etiam communem appellat Aret. in d. c. super his, nu. 20.

Vltimo quæro nunquid in accusatione criminali necessaria sit conclusio libelli. Resp. quod non, secundum Bart. in l. libellorum, nu. 19. ff. de accus. & est communis opi. vt attestatur Marian. in repe. c. qualiter & quando, nu. 211. de accus. Et dicit Bald. in l. si quis se, in fi. C. de accus. quod ita dicunt omnes Doct. Ratio autem, quare non requiratur conclusio libelli in criminalibus, vt in ciuilibus, est, secundum eum, quia in ciuilibus pars potest diuersis modis concludendo libellum facere, vt diuersis etiam modis possit si qui sententia: nam etiam si quis sit creditor de mille, potest concludere tantummodo in centum, & iudex non poterit ultra illa centum condemnare, etiam si de maiori debito appareat: sed in criminalibus ex narratione facti oritur certa iuris dispositio, quæ pro eo delicto pœnam imponit, quæ ex diuersitate concludendi narrari non potest. Et sic lex ipsa semper concludit ad modum fisci, & iustitie complementum. Sufficit ergo, quod libellus accusationis ita concludat, Quare peto ipsum puniri iuxta formam iuris, & statutorum, & c. Et ita est de consuetudine, vt dicit Alb. in l. interdum in princ. nu. 2. ff. de publ. iud. Salyc. in d. l. in causis, nu. 22. de accus. quem refert Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Hęc est quedam inquisitio, nu. 69. Idem dicit Ang. de malef. in d. verbo, Et ad querelam, nu. 56. quem refert Pract. Conradi, fol. 225. num. 7. Ita etiā de consuetudine seruari ait Card. Alex. in d. c. libellorum, col. 2. ver. nota quod non videtur, 2 q. 8. Faciunt, quæ dixi infra q. 31. ver. super quibus omnibus.

